

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis secundi - Fasciculus primus): Vol. II.

London, 1813

Seite 52

14

TETRANDRIA MONOGYNIA.

In Cretæ rupibus. ☉.

*Radix* annua, parva, filiformis, fibrosa. *Caules* plurimi, palmares, decumbentes, subsimplices, quadranguli, glabri, undique foliosi. *Folia* verticillata, sæpiùs quaterna, erecto-patentiâ, elliptico-lanceolata, acuta, margine scabra. *Pedunculi* duo tantùm in singulo verticillo, breves, glabri, post florescentiam reflexi. *Flores* exigui, lutei. *Calyx* vix conspicuus. *Corolla* concaviuscula, quadrifida, acuta. *Stamina* limbo breviora. *Germen* oblongum, setis incurvis undique hispidum, utrinque longitudinalitèr bisulecum. *Styli* duo, breves, basi connati. *Stigmata* obtusiuscula. *Fructus* geminus, seminibus longitudinalitèr disjunctis, undique muricatis, fuscis.

a, A. Flos magnitudine naturali et valdè auctâ. B, B. Pedunculus. c, C. Fructus maturus.

TABULA 116.

SHERARDIA ERECTA.

SHERARDIA caulibus erectis, foliis quaternis binisve deflexis, verticillis multifloris, pedunculis fructiferis erecto-patulis.

Asperula muralis verticillata minima. *Column. Ecp̄r.* 302. t. 300.

A. verticillata luteola. *Bauh. Pin.* 334.

In rupibus insularum Græcarum. ☉.

*Radix* præcedentis. *Caules* spithamæi, erecti, obtusè quadranguli, scabri, undique foliosi. *Folia* quaterna aut bina, deflexo-dependentiâ, angustè elliptica, undique scabra. *Verticilli* sæpiùs sexflori, pedunculis semper erectis, vel patentiusculis, scabris. *Flores* exigui, lutei, extùs pilosi. *Stamina* vix tubum superantia. *Germen* pilosum. *Fructus* geminus, fuscus, undique hispidus, seminibus teretiusculis, vix apice dentatis, vel coronatis.

Hujus synonyma præcedenti tribuit Linnæus. Utraque malè forsitan ad *Sherardiam* referuntur. Habitu et formâ cum *Valantiis* veris, *tab.* 137, 138, optimè conveniunt, at caractere nequeunt associari, et fructu a *Galiis* etiam nimis discrepant.

a, A. Flos. b, B. Fructus maturus cum pedunculo.